



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

29. de impedimentis consensum remorantibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

E P I T O M E

habitare, nisi fortè causa religionis parī va-  
to corporaliter separentur, vel ad tempus,  
vel usque in finem.

D E I M P E D I M E N T I S  
matrimonij, primò ex par-  
te voluntatis.

D I S T I N C T . Vigesimæ nonæ  
C A P . Primum.

*Coactio excludit consensum  
coniugalem.*

**H**oc testatur Urbanus papa, scribēs San-  
ctio regi Arragonū in hæc verba: De 31. q. 2.  
neptis tuę cōiugio, quā te cuidā militi c. de ne-  
datu: ū necessitatis inflāte articulo, sub fidei ptis.  
pollicitatione confirmasti, hoc æquitate di- &c. si  
ctate decreuimus, vt si illa virū illū omnino verum.  
(vt dicitur) renuit, & in eadē volūtate per-  
sistit, vt viro illi se prorsus deneget nupturā,  
nequaquam eam inuitā ac renitentem eius-  
dem viri cogas cōiugio copulari. Ex quo ap-  
paret cōiugiū fieri inter cōsentientes & spō-  
taneos, non inter renitētes & inuitos. Verū-  
tamen qui inuiti & coactē coniuncti sunt, si  
postea ab aliquo tēpore sine cōtradictione &  
querimonia cohabitauerint, facultate disce-  
dendi vel reclamādi habita, cōsentire viden-  
tur: & cōsensus ille cōsequens supplet, quod  
præcedens coactio tulerat.

CAP. Secundum. Consensus tacitus matrimonium facit.

**C**onsentire autem probatur, qui euidenter non contradicit, sec. illud, In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen filia patri consentire, nisi euidenter dissentiat. Item, sponsalia (sicut nuptiæ) consensu fiunt contrahentium, &c.

DE IMPEDIMENTO  
altero ex parte rationis.

DISTINCT. Trigesimæ

CAP. Primum.

*Non omnis error consensum matrimoniū impedit.*

**E**S T enim error alius personæ, quādo Error mulquis putatur esse nobilis, & est ignobilis: Alius error fortunæ, quando putatur esse diues qui pauper, vel econtrario: Alius cōditionis, quādo putatur esse liber qui seruus est: Alius qualitatis, quando putatur esse bonus qui malus est. Error qualitatis & fortunæ cōiugij cōsensum nō excludit. Error verò cōditionis cōiugalē cōsensum euacuat. Error quoque personæ consensum cōiugalem non admittit. Sicut enim error materię excludit consensum, ita & in coniugio